Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Vulpibus Simsonaeis Ex Jud. XV.4

Gebhardi, Brandanus Heinrich
Taege, Gottfried

Gryphiswaldiae, 1718

VD18 11425202

Thes. IV.

urn:nbn:de:bsz:31-130372

Visual Library

mos? 2. LXX. qvam optime expresserunt vocem Hebræam per συλλαμβάνειν. Hoc enim notat *comprehendere*. Comprehendi autem ferarum est, non manipulorum. Isocr. συλλαβὼν ἀνθρώπους ἀπέκτεινε, *captos illos interemit*. Et qvoties Græci vocem hanc adhibent, semper de hominibus, urbibus, feris usurpant, non de stramineo qvodam instrumento aut ejusmodi re qvapiam. 3. Verba Jud. VII. 24 לכדו להם את המים *præoccupate ipsis aqvas* in versione Germanico - Hebræa translata sunt, benehmet denselben die Wasser. Si hæc seqvenda versio וילכד in loco præsenti reddendum foret, und er benahm die Stroh-Wische. Qvem insulse! Ex solis fontibus probare susceperat sensum vocis לכד cum autem eos sibi videt adversari, adversiones confugit, sed nec ibi præsidium invenit.

THES. IV.

Binæ schualim dicuntur a Simsone caudis colligatæ. Ergo vulpes intelligendæ, qvæ caudas habent, non manipuli.

ANTITH.

זנב hic non caudam, sed extremitatem notat h. s. Simson gieng hin und nahm 300. Stroh-Wische/ und kehret ein Ende gegen das andere/ und leget einen Brand zwischen zwey Enden. §. 10.

Prob. 1.

Sensus extremitatis *voci* זנב *in omnibus S. S. locis tam est proprius, ut dubitem, an unicus possit in medium produci, ubi caudam proprie & sine metaphora denotet. Sic sumitur Deut. XXVIII. 13. Sic* זנב *Jos. X. 19. Deut. XXV. 18. notat* extremis dare perniciem. *Ut* ראש *formaliter notat* summitatem, *ita* זנב extremitatem. *Et hoc ipso* זנב *ab* אליה *differt, qvod illud extremitatem qvamcunqve, hoc vero caudam proprie, sic dictam significat.*

Resp.